Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



108 100

veste purpurea circumdederunt eum: et veniebant
ad eum et dicebant. Ave rex iudeorum. Et dabant ei
alapas. Exiit iterum pylatus foras et dicit eis. Ecce
adduco eum vobis foras: ut cognoscatis quia in eo
nullam causam inuenio. Et exiuit ergo ihus. por-
tans spineam coronam et purpureum vestimentum
Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo vidissent eum
pontifices et ministri clamabant dicentes. Crucifi-
ge crucifige eum. Dicit eis pylatus. Accipite eum vos
et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam
Iudeorum ei iudei. Nos legem habemus: et secundum
legem debet mori: quia filium dei se fecit. Cum ergo
audisset pylatus hunc sermonem magis timuit. Et
ingressus prorsum iterum et dicit ad ihum. Unde es tu:
ihus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pyla-
tus. Michi non loquis. Nescis quia potestatem habeo cru-
cifigere te: et potestatem habeo dimittere te. Respondit ihus. Non
haberes potestatem adversum me vllam: nisi esset tibi datum
de sup. Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet.
Ex inde quærebat pylatus dimittere eum. Iudei autem cla-
mabant dicentes. Si hunc dimittis: non es amicus
cesaris. Omnis qui se regem facit contradicit cesari
Pylatus ergo cum audisset hos sermones adduxit
ihum foras et sedit pro tribunali in loco qui dicitur
lostrotos: hebraice autem gabatha. Erat autem parasceue
pasce: hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vr
illi autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dicit eis
pylatus. Regem vestrum crucifigam? Respondent pon-
tifices. Non habemus: nisi cesarem. Tunc ergo tradi-
dit eis illum ut crucifigerent. Susceperunt autem ihum